

*L. V. D.*  
*S. VIII. P.*

DOMINICK CIRRII

IN NEAP. LYCEQ. THEOR. MEDIC.

PROFES.

*Soc. Med. Paris. Physiogr. Lund. Lit. Ital.*

*& Botan. Florent. Soc.*


D E

ESSENTIALIBUS NONNULLARUM

PLANTARUM

CHARACTERIBUS

COMMENTARIUS.



NEAPOLITAN

1784.

~~081E080717 (000H7)~~  
~~101 1608~~

( III )

R E G I E S O C I E T A T I  
PHYSIOGRAPHICÆ LUNDENSI &c.

DOMINICUS CYRILLUS.

F E L I C I T A T E M .



PUBLICA atque æterna gratiæ animi testimonia , nequeunt profecto a privatis epistolis , & facile perituriis monumentis expectari . Ideoque ubi de benevolentia primatu contenditur , si parem referre gratiam non possumus , numquam interitura beneficentia confessione decertandum .

A 2

Quam-

**Quamobrem quum nulla alia ratione**  
**INCLYTÆ SOCIETATI VESTRÆ gratif-**  
**simæ mentis sensus declarare datum**  
**esset; nullo etenim meo merito, nul-**  
**laque Sapientiæ celebritate, inter tot**  
**Cl. Viros me adnumerandum cen-**  
**suistis: Botanicas observationes par-**  
**tim florente ætate, pàrtim in subseci-**  
**vis horis institutas, NOMINI VESTRO**  
**inscriptas, in lucem proferre consti-**  
**tui. VESTRUM erit modo, ignobile**  
**opus, firmissimo patrocinio illustrare;**  
**ut prioribus beneficiis novus, & qui-**  
**dem magni momenti, cumulus ac-**  
**cedat.**

PRAE-

*Q*um relaxandi animi causa, post clinicas magni momenti occupationes, gratissimam in ipso juventutis flore, plantarum contemplationem resumerem, multas a me quondam institutas observationes, atque figuras propria manu, & infinita diligentia delineatas, excusso quo scatebant pulvere, denuo per volutare capi. Multa sane occurrebant reliquis Botanicis, ipso immortali etiam Linnaeo prætervisa, que ad Generum & specierum characteres majori certitudine, ac perspicuitate firmando, valde conducere videbantur. Accedebat renovata, pro indigenarum & exotiarum plantarum sustentatione, Hortuli domestici cultura. Hinc prioribus novæ utilimæque adjungebantur observationes. Rursum patriæ eruditio nis, in hac

scientiae naturalis parte, quam maiores mei  
e tenebris primi excitarunt, quamque ipse  
tot tantisque laboribus, molestissimis pri-  
mum periculosisque peregrinationibus su-  
stinerem conatus sum, sollicitudine servidoque  
desiderio permotus, rem projecto difficilli-  
mam, novorum nempe characterum descriptio-  
nem suscipere constitui. Quæ in præsenti  
Commentario proponuntur aliis exciderunt  
cl. virie, non propriæ diligentia dexteritatis-  
que defectu, sed fortasse aut quia siccas,  
aut quia imperfectas plantas observarunt;  
ut evenire præferrim potuit in frigidissi-  
mis Europæ Regionibus, in quibus australium  
locorum plantæ, dum extremo æstatis  
tempore explicari incipiunt, inopportuno fri-  
gore uruntur. Nobis itaque in summa re-  
pidioris climæ benignitate vivenibus, fa-  
cilius semper erit, minutissimas quamvis  
fructificationum particulas perfecte evolutas

in-

intueri. Non mediocres semper ab infatigabili patientia fructus obtinetur. Farinam secundantem a staminibus Parietariae elastice diffilientibus emitti observavit Linnaeus; nos bujus elasticitatis causam investigando, filamentorum spiralem structuram deteximus. Urticam dioicam meridianis boris observes, staminum in masculis elasticam explosionem, cum copiosissima spermatis effusione, summa cum delectatione nuperrime vidimus. *Cassia Marilandica* Linnæi glandulam in singulo foliorum petiolo habet; verum non vidit vir cl. suas glandulas saccharinæ concretæ substantiæ guttulam in summitate gerere. Hæc saccharina guttula dulcissimum habet saporem. Innumera projecto sunt, quæ ad delicatores Botanicas observationes pertinent; verum nequeunt cum stupendis admodum Flora Neapolitana thesauris comparari. Plura a me collecta existant plantarum

rum rarissima specimina, quæ magni operis  
 fundamentum constituunt, plura amicissimus  
 Angelus Fafanus, de historia naturali opti-  
 me meritus detexit; non pauca diligentissi-  
 mus Macrì colligere, atque illustrare nititur.  
 Fortasse bæc aliquando Botanicos Neapoliti-  
 nos, Columna, & Imperato dignos, repe-  
 riri demonstrabunt. Interim si per valetu-  
 dinem, & ingentes diversi generis labores  
 licebit, inchoatas Tabulas Agrostographicas,  
 inaudita prorsus patientia exaratas, novis-  
 que admodum characteribus referatas, publi-  
 co communicabimus. Entomologiam Neapo-  
 litananam (deliciae quondam nostræ), uberi-  
 manu certe Provinciam, Europeis, Asiaticis  
 & Africanis insectis referrissimam, accura-  
 tissimo Nicodemo, aliisque illustrandam re-  
 linquimus. Sed poterunt fortasse multi meas  
 observationes, ab aliis antea propositas, tan-  
 quam superfluas respicere. Faseor post eos

ano-

*annos, quæ ipse detexeram, aliis etiam cl. Botanicis, ex parte innocentissime. Illustris enim Scopoli cirrhos antherarum in Cerinthe, pendculos in antberis Chelidonii adnotavisse.*  
*Hæc vero me ante viginti annos, cum reliquis characteribus viduisse gaudeo, figuræque tum delineatas, exhibere operæ præmium existimavi; quo enim melius, atque multorum opera naturæ arcana declarantur, eo majori cum facilitate difficultissimæ discipline intelligentia comparatur.*







OTANICI in Philosophia scientia  
 exercitatissimi, qui Linnæanas defini-  
 tiones cum Plantis ipsis comparare  
 consueverunt, Essentialium characterum utilita-  
 tem, atque præstantiam, in confirmandis statim  
 differentiis genericis, & omni ambiguitate dis-  
 sipanda, facile intelligunt. Quemadmodum enī  
*Character* ( in universum ) est *Definitio generis*,  
 isque triplex datur : *Factius*, *Essentialis*, &  
*Naturalis*; ita character *Essentialis* notam gene-  
 ris, cui applicatur, propriissimam & singularem sub-  
 ministrat : Linn: Ph. Bot. §. 186. 187. *Essen-*  
*tialis character unica idea distinguit genus a con-*  
*generibus sub eodem ordine naturali*. ibid. Tanta  
 igitur singularitate distinguuntur characteres essen-  
 tiales, & aliqua in fructificatione particula, adeo  
 peculiarem strueturam præfert, ut hac ratione plan-  
 tam aliquam, statim a congeneribus differre anti-  
 mad-

madvertamus. Numerosis exemplis hujus characteris certitudinem, in generum determinatione confirmavit Linnæus, & plerumque a Nectariis desumpsit; siquidem hanc pulcherrimam fructificationis partem vetustiores Botanici, aut nunquam, aut minus accurate descripsérunt; quainvis nectaria sumpsi sime speciali forma, & a reliquis fructificationis partibus distinctissima prædicta sint. Nectarium calcaratum, cucullatum, tubulatum, squamosum, foliaceum in diversissimis plantis observamus, a petalis omnino sejunctum. Basis tubi in monopetalis, capsulæ nectariferæ vices gerit, quemadmodum apparet in Hyoscyamo, Cerinthe, Primula & Labiatis omnibus. Aliæ plantæ lineas nectariferas petalis insculptas habent, uti Cl. Linnæus docet in Lilio, & nos in Scilla deprehendimus. Ad basim germinis in tota Classe Tetrady namia glandulæ nectariferæ reperiuntur, atque aut particulæ hujusmodi, aut puncta mellis guttulas rotundas fundentia sæpe occurunt. Squamæ, aut etiam Fulcra in floribus partem constituunt, a communibus fructificationis organis penitus diversam. Ut sunt squamæ quæ tubum corollæ claudunt in Ly-

## ( XIII )

**Lycopside**, **Buglosso**, **Anchusa**. Appendices quædam petalorum unguibus affixæ ; stamina in rāmulos divisa , filamenta aut superne incrassata ut in **Veronica** , aut ad basim lanuginosa uti in **Verbasco**, **Anagallide**: Antheræ partim rotundæ, partim oblongæ, ut in **Lupino** juxta **Linnæum**, in **Spartio** & **Crotalaria**; juxta nostras observatiōnes ; spinosæ in **Prunella**, appendiculatæ uti in **Plantagine**: Stigmatis peculiaris structura, cālycis aut involucrī diversitates, quæ primo intuitu præcipuum a naturalis formæ regularitate , & costantem aberrationem adesse ostendunt , essentialem generis characterem constituant . Cavendum vero ne essentia generis , cum essentia specifica confundatur ; aliquando enim numerus staminum variat , reliquis persistentibus characteribus genericis ; tunc varietas illa non characterem genericum , sed specificum tantummodo suppeditabit ; uti in **Spergula Pentandra** aliisque innumeris. Ubi cumque vero nota aliqua generica essentialis vel a nectario , vel a staminibus , vel a germine , aliaque fructificationis parte desumi potest , summopere lētantur Botanici , qui in tanta scientiæ difficultate , nihil magis quam

quam certos characteres desiderant. Hujus naturæ observationes , quæ in ipso fere studii Botanici limine , in diligentissima diurnaque florum perlustratione , novos mihi multorum generum essentiales characteres obtulerunt , post viginti fere annos lucem videbunt , ut omnes sentiant me semper publicæ eruditioni augendæ sedulam operam navasse . In objectorum deinde descriptione Methodum Sexualem sequutus sum .



CLAS.

## C L A S S I S P R I M A.

## M O N A N D R I A .

## O R D O I. M O N O G Y N I A .

## I. C A N N A . Linn. Gen. Pl. 2. n. 1.

Canna (*Indica*) foliis ovatis utrinque acumina-  
tis nervosis Sp. Pl. 1. num. 1. Arundo in-  
dica latifolia Bauh. Pin. 19.

Stam. Filamentum nullum. Anthera linearis;  
adnata margini nectarifero laciniae superioris.  
Linn. Gen. Pl. I. c.

Cal. triphyllus coloratus. Corolla sexfida irregula-  
ris. Staminis forma eadem quæ laciniae corolle  
ultimæ. Scop. Intr. p. 94. n. 203.

O B S. In flore recentissimo observatur Filamen-  
tum staminis crassum longum, a lacinia supe-  
riore nectarii omnino distinctum, cum anthe-  
ra oblonga biloculari; quæ nunquam cum ne-  
ctario ante perfectam florescentiam connecti-  
tur. Aperto dein flore & absoluta fœunda-  
tio-

tione, filamentum cum anthera laciniaæ nefta-  
riferæ agglutinantur. Ideo in definitione ge-  
nerica addere oportet:

**S T A M.** Filamentum unicum oblongum crassum.  
Anthera oblonga bilocularis.

**OBS.** Singulis floribus subiiciuntur etiam bractæ  
tres, quarum altera reliquis major est ovato-  
lanceolata, obtusa; reliquæ lanceolatæ acutæ &  
parum concavæ sunt. Harum bractearum nul-  
lam quoque mentionem fecerunt scriptores  
Botanici, *Tab. 4. Fig. 1.*



**CLAS-**

## CLAS SIS SECUNDA.

## D I A N D R I A.

## ORDO I. MONOGYNIA.

2. ROSMARINUS. Linn. Gen. Pl. 38.

**L A B I U M** *inferius reflexum, trifidum, lacinia media maxima, concava, basi angusta; lateralibus angustis acutis.* Lin. l. c.

**O B s.** Laciniae laterales labii inferioris non angustae & acutae, sed potius ovatae & obtuse sunt; sed quum flos maxime expansus est, laciniae laterales, quia margines reflexos habent, acutae videntur; ideo dicendum potius:

**Labi um inferius reflexum trifidum, lacinia media maxima, concava, in ambitu crenata, profunde emarginata, basi angusta; lateralibus ovatis obtusis, marginibus reflexis.**

**Cb. cf.** Antherae staminum arctissime conjunctae, adeo ut unicam antheram componere videantur,

B tur,

( XVIII )

tur , filamentis liberis . Post marcescentiam tantum separantur . *Tab. I. Fig. 1.*

3. VERONICA . *Linn. Gen. Pl. 25.*

O b s. Charakteribus Linnæanis addendum ; villi tenuissimi vix conspicui , fundum floris claudentes . *Tab. I. Fig. 2.*

4. VERBENA . *Linn. Gen. Pl. 32.*

O b s. Bractea parva ovato - lanceolata flori adhaerens . Figuram calycis a qua Linnæus characterem essentiale merito desumpsit delineandam curavi , ut omnes intelligerent denticulum quintum perianthii non truncatum , sed minimum potius , & acuminatum dici debere .

*Tab. I. Fig. 3.*



CLAS.

CLAS S I S T E R T I A.

T R I A N D R I A.

O R D O I. M O N O G Y N I A.

5. CROCUS. Linn. Gen. Pl. 55.

O b s. Laciñiæ tres corollæ minores , quæ filamen-  
tum ungui adnexum non habent , ad basim  
gerunt barbulam , pluribus pilis compositam .  
Barbula hæc in reliquis limbi laciñiis deside-  
ratur .

6. IXIA. Linn. Gen. Pl. 56.

*Stigma trifidum crassiusculum . Stigmata tria sim-  
plicia .* Linn. l. c.

Ixia ( *Bulbocodium* ) scapo unifloro brevissimo  
foliis linearibus , Linn. Sp. Pl. 51. n. 1. Mur-  
ray in Regno Vegetabili ; In definitione Ixiæ  
generali primo ait , pag. 69. cor. 6. petaloidea  
patens . Stigm. 3. , simplicia ; deinde num. 56.  
pag. 75. scribit de Ixia : Cor. 6. petala patens

*equalis. Stigmata tria erectiusculo - patula.* Demum in definitione Ixiæ Bulbocodii, nostram observationem a Linnæo neglectam, in generico atque specifico charactere, adumbravit: sc. *Ixia* *scapo unifloro brevissimo, foliis angulis caulinis, stigmatibus sextuplicibus.* Stigmata vero in flore recenti Cl. Murrayum nunquam vidisse dubito; etenim non dixisset sextuplicia, sed stigmata tria bipartita, laciniis revolutis, quemadmodum revera sunt. *Tab. I. Fig. 4.*



*CLAS-*

CLAS S I S Q U A R T A.

T E T R A N D R I A.

O R D O I. M O N O G Y N I A.

7. DIPSACUS. Linn. Gen. Pl. 144.

OBS. In stigmatis latere interiori reperitur corpusculum pusillum glandulosum, sive spongiosum; glandulis paucis subrotundis compositum, & longitudinaliter stigmatis substantiæ affixum. Si nudo oculo stigma spectatur, parva tantum inæqualitas, in loco descripti corpuseuli apparabit: verum microscopii ope observationis veritas detegitur. Tab. I. Fig. 5.

8. PLANTAGO. Linn. Gen. Pl. 142.

Cb. effent. Effentiam generis constituunt appendices parvæ membranaceæ ovato-lanceolatæ, in apice, utplurimum, leviter bifidæ, unicuique antheræ subjectæ, & quæ nudo etiam oculo conspicuntur. Tab. I. Fig. 6.



## C L A S S I S Q U I N T A.

## P E N T A N D R I A.

## O R D O I. M O N O G Y N I A.

## 9. SYMPHYTUM. Linn. Gen. Pl. 185.

F A U X *munita radiis quinque subulatis, limbo brevioribus, in conum conniventibus.* Linn. l. c.

O B S. Radii subulati quibus faux clauditur, marginem habent utrinque ferratum, atque duplex denticolorum ordo in singulo latere observatur; ut horum denticolorum opera, omnes radii inter se conjungantur; ita ut non facile a se invicem divelli possint. Tab. I. Fig. 7.

## 10. CERINTHE. Linn. Gen. Pl. 186.

O B S. Filamenta subulata, sed non adeo brevia, basi crassa lata. Characterem essentialiem constituunt, appendices filiformes intortæ, sive potius cirrhosæ, ex basi antherarum utrinque prodeentes, & antheras inter se arctissime fir-

( XXIII )

firmantes. Eandem observationem habet in nuperrimo opere, Introductio ad historiam naturalem, Cl. Scopoli, ait enim n. 611. *Cerinthe. Corollæ faux pervia. Antheræ pone hamulis cohærentes.* Tab. 1. Fig. 8.

II. BORAGO. Linn. Gen. Pl. 188.

*Cor. Monopetala rotata, longitudine calycis. Tubus calyce brevior. Limbus quinquepartitus, rotatus, planus : Faux coronata prominentiis quinque emarginatis obtusis.*

STAM. *Filamenta quinque subulata, conniventia; antheræ oblongæ, filamentorum lateri interiori in medio affixa, conniventes.* Linn. l. c.

COROLLA rotata: *fauce radiis clausa.* Murray 159.

OBS. Linnæus appellavit in Boragine filaments, quæ Murrayus rectius radios dixit, nos vero potius fulcra dicenda esse existimamus. Neque faux floris, quæ minima est, radiis clauditur, sed antheræ longissimæ, subulatæ, evadunt connientes, quia fulcris quinque incurvis subulatis sustinentur; neque propriis carent filimentis. Hanc itaque fructificationis particulam, ita potius describendam esse censemus. Tab. 1. Fig. 9.

( XXIV )

**S T A M.** Filamenta quinque brevissima fulcro ad basim affixa. Antheræ oblongæ acutæ conniventes. Fulcra quinque subulata incurva, antheras firmantia. Si fulcra Boraginis, radiis simillima inter species fulcrorum a Linnæo descriptas non reperiuntur, nil mirum; novæ enim observationes scientiam illustrantes, semper vetustioribus suat adiiciendæ.

**Borago ( Indica ) foliorum ramificationibus oppositis  
amplexicaulibus, calycinis foliolis sagittatis. Sp.  
Pl. 197. n. 2.**

**O B S.** In hac specie fructificatio, quoad staminum characteres omnino differt a Boragine officinali. Prominentiæ emarginatæ limbi, sive squamæ exteriores vix apparent. Squamæ interiores sive fulcra antheras sustinentia, non adsunt; sed antheræ fauci absque visibili filamento affixæ, desinunt in squamas conicas membranaceas, in quarum latere interiore aperiuntur parvis aper turis -- Pulcherrima structura. Squamæ terminatrices stigma involuunt extremitatibus suis. Tab. 4. Fig. 3. Cl. Scopoli Introd. ad hist. natur. pag. 160. n. 624. ita Boraginis characteres describit:  
Bor-

( XXV )

Borago. *Cerolla rotata. Squamarum ordines bini;*  
*exterioribus emarginatis, interioribus ex eodem*  
*cum filamentis loco prodecentibus. Pericarpia qua-*  
*sterna cylindracea.*

12. LONICERA. Linn. Gen. Pl. 233.

Lonicera (*Caprifolium*) floribus verticillatis ter-  
minalibus sessilibus, foliis summis connato-  
perfoliatis Sp. Pl. 246. n. 1.

NECTARIUM. Macula lutea in inferiore  
tubi parte posita, innumeris parvis glandulis  
melliferis composita, ex quibus magna mellis  
copia effluit. Tab. 1. Fig. 10.

13. VERBASCUM. Linn. Gen. Pl. 245.

OBS. In plerisque siamina inclinata sunt, & inae-  
qualia villifque coloratis inferne vestita Linn. l. c.

Verbascum (*Thapsus*) foliis decurrentibus utrin-  
que tomentosis, eaule simplici Sp. Pl. 183. n. 1.

OBS. Ex staminibus hujus Verbasci tria brevio-  
ra, filamenta habent villosissima, duo vero  
quæ longiora sunt, aut omnino fere glabra  
sunt, aut rarissimis villis donantur. Tab. 2. Fig. 1.

14. ATROPA. Linn. Gen. Pl. 249.

NECT. In Atropa *Mandragora* nectarii men-  
tio-

( XXVI )

tionem nullam fecit Linneus l. c.; attamen hujus vices gerunt glandulae binæ subrotundæ, ad basim germinis positæ, atque ab ipsius germinis substantia prodeentes. Glandulae nectariferæ semper magnam mellei liquoris guttam in apice gerunt. Melle impletur cavitas inter villos filimentorum & glandulas comprehensa. Fundus corollæ clauditur basi villosa filamentorum. *Tab. 2. Fig. 2.*

15. SOLANUM. *Linn. Gen. Pl. 251.*

Solanum (*Dolcamara*) caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. Sp. Pl. 264. n. 5.

**Nect.** Corollæ laciniæ quinque, ad basim habent nectaria duo subrotunda ovata, ex flavo-virescentiis. Magnam analogiam habent cum nektariis glandulosis Petalorum Berberis. Hoc charaktere specifico planta facilime distinguatur.

O R D O V. P E N T A G Y N I A.

16. LINUM. *Linn. Gen. Pl. 153.*

**Stam.** Filamenta quinque subulata, erecta, longitudi-

( XXVII )

*sudine calycis ( Rudimenta insuper 5. alternan-  
tia. Antheræ simplices sagittatae Linn. l. c.*

**C H A R. E S S E N.** Filamenta 5. basi membran-  
osa comuni inter se connexa. *Tab. 2. Fig. 3.*



**CLASS.**

CLAS S I S S E X T A.

H E X A N D R I A.

O R D O I. M O N O G Y N I A.

17. ORNITHOGALUM. Linn. Gen. Pl. 418.

Ornithogalum (*umbellatum*) floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus, filamentis emarginatis. Sp. Pl. 41. n. 9.

O b s. Occurrit in hac specie Nectarium Hyacinthi nectario ſimillimum, nempe pori tres melliferi, ad baſim germinis poſiti; five guttæ tres mellis sphæricæ, alternatim intra fulcos ſex collocatæ, & filamentis tribus latioribus reſpondentes.

Filamenta inæqualia ſunt, 3. majora, 3. vero minora; & fulci germinis eandem ſervant proportionem.

18. SCILLA. Linn. Gen. Pl. 419.

Scilla (*maritima*) nudiflora, bracteis refractis Sp.

Pl. 442. n. 1.

NE.

( XXIX )

NECTARIUM. Lineæ tres longitudinales, sive potius sulci tres flavescentiæ coloris, ad angulos germinis collocati, ad apicem tuberculo ejusdem naturæ, a sulco ipso in duas partes divisio donantur. Sulcis nectariferis, ad basim filamentorum alternatim respondent semper guttæ tres rotundæ, humoris mellei. *Tab. 2. Fig. 4.*

O R D O III. T R I G Y N I A.

19. COLCHICUM. *Linn. Gen. Pl. 457.*

NECTARIUM. Lineæ sex longitudinales in medio singuli petali insculptæ. Melleus liquor a lineis nectariferis proveniens, ad insertionem filamentorum colligitur.

O R D O V. P O L Y G Y N I A.

20. ALISMA; *Linn. Gen. Pl. 460.*

ALISMA (*Plantago* V) foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis *Sp. Pl. 486. n. 1.*

NECTARIUM. Glandulæ tres nectariferæ ovato-oblongæ, singulæ locum inter duo stamina occupant, ac folijs calycinis respondent, & opponuntur:

CLASS.

## C L A S S I S O C T A V A.

## O C T A N D R I A.

## O R D O I. M O N O G Y N I A.

21. EPILOBIUM. Linn. Gen. Pl. 471.

STAMINUM filamenta calyci., non receptaculo adhaerent, longiora paulo altius inseruntur, inferiora infra; omnes tamen a basi foliorum calycis prodeunt; ita ut si tollantur, petala filamenta remanent; evulsis tamen foliolis calycinis, singulum foliolum stamina duo subsequuntur, quoniam ipsis adnascuntur. Basis filamentorum quodammodo villosa videtur.

22. CHLORA. Linn. Gen. Pl. 1258.

Chlora (Perfoliata.) foliis perfoliatis. Gentiana

perfoliata Sp. Pl. 1671.

OBS. In Gentiana Linnaeus scribit; *Styli nulli: Stigmata duo ovata*. In Chlora vero perfoliata occurrit stylus erectus simplex, germini insidens.

( XXXI )

dens. Stigmata duo ovata, bipartita. Hinc in ampliori definitione dicendum. PIST. Germen oblongum, cylindraceum. Stylus simplex eretus, longitudine staminum. Stigmata duo ovata, bifida. Tab. 2. Fig. 5.

23. ERICA. Linn. Gen. Pl. 484.

Erica (*vulgaris*) antheris aristatis, corollis campanulatis subæqualibus, calycibus duplicatis, foliis oppositis sagittatis. Mur. 301.

NECTARIUM. Glandulæ nectariferæ octo oblongæ fuscæ, ad basim germinis, inter singula stamina dispositæ, cum filamentis alternant, & tenuissima membrana, quasi inter se connectuntur. Tab. 2. Fig. 6.

ORDO III. TRIGYNIÆ.

24. POLYGONUM. Linn. Gen. Pl. 459.

Polygonum (*orientale*) floribus heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, stipulis hirtis hypocrateriformibus Mur. 312. n. 12.

OBS. In hac Polygoni specie ( fortasse & in aliis quoque ) Nectarium componitur glandulis septem oblongo-ovatis, levissime emarginatis,

( XXXII )

natis, angulis utriusque ad latera emarginatio-  
nis obtusis. Glandulæ hujusmodi circa germen  
dispositæ, alternatim staminibus sunt interjectæ.

*Tab. 2. Fig. 7.*



CLAS.

## C L A S S I S N O N A.

E N N E A N D R I A.

O R D O I. M O N O G Y N I A.

25. LAURUS. *Linn. Gen. Pl. 503.*

**Laurus** (*nobilis*) foliis lanceolatis nervosis perennantibus, floribus quadrigidis Mur. 317. num. 5.

**O B S.** Antheræ quæ in utroque latere polline sunt refertæ, apicem habent ad instar tuberculi; tum vero (quod animadvertendum) valvulæ antherarum, quæ capsulas polline repletas custodiunt, instante fœcundatione diffidunt, atque a latere inferiore aperiuntur, ut farinam fœcundantem dimittant; valvulæ tunc versus superiora revolvuntur, ideoque solis apicibus suis, lateri antherarum adnectuntur.

*Tab. 2. Fig. 8.*

C

CLAS

## C L A S S I S D E C I M A.

## D E C A N D R I A.

## O R D O I. M O N O G Y N I A.

25. CUPHEA (*vicofissima*) Jacquin.

*Calyx irregulariter quinquedentatus. Petala quinque; binis majoribus. Stamina decem. Stylus unus. Receptaculum una cum seminibus demum calycem, & capsulam disrumpens, ac foras prodiens.*  
*Scop. Intr. p. 211. n. 931.*

O B S. Hujus plantæ figuram & descriptionem Jacquinii non vidimus, & tantum adnotatos a Cl. Scopoli characteres perlegimus. Quapropter Italis Botanicis gratissimum fore duximus, si florentis in hortulo nostro Plantæ genericas notas, & fructificationis figuras adiiceremus.

C A L. Perianthium monophyllum basi superne gibba prominula, lineatum, in medio incutruum,

*rum*, irregulariter quinquedentatum. Si microscopio calyx periustratur, lineaæ longitudines intus convexæ, & coloratæ apparent, atque vasculo circulari, calycis faucem percludenti immittuntur. Canalibus longitudinalibus calycis, petala adhærent ungue brevissimo.

**C O R.** Petala ut plurimum sex, calycis margini canaliculato affixa, per marginem crenata; horum duo superiora reliquis duplo majora.

**S T A M.** Filamenta decem incurva, superne hirsuta. Antheræ intumbentes.

**P I S T.** Germen oblongum acuminatum, basi corpusculo ovali prominulo instructa. Stylus filiformis. Stigma subglobosum.

**P E R.** Capsula inferne inflata, hirta, quæ latenter disrumpitur a receptaculo denticulato acuto, & emittit semina subrotunda, denticulis Receptaculi affixa. Calyx hirsutissimus est.

*Tab: 2. Fig. 2.*

( XXXVI )

O R D O III. T R I G Y N I A.

27. STELLARIA. *Linn. Gen. Pl. 586.*

*AL SINE ( media )* petalis bipartitis, foliis ova-  
to-cordatis Sp. Pl. 389. n. 1.

O b s. Cl. Linnæus antea vulgarem hanc plan-  
tam inter Stellarias collocavit, nunc ad Alsi-  
nen amandavit; stamina vero constanter de-  
cem numerantur, corollæ petala semper pro-  
funde bipartita sunt, & styli semper tres ad-  
sunt. Hinc Stellariæ denuo reddenda.

NECTARIUM. Stamina alternatim, basi glan-  
dulam gerunt subrotundam, ex qua humor  
melleus Solis actione exsudat. *Tab. 2. Fig. 9.*

28. SILENE. *Linn. Gen. Pl. 569.*

*SILENE ( Armeria )* floribus fasciculatis fastigia-  
tis, foliis superioribus cordatis glabris Sp. Pl.  
601. n. 29.

LYCHNIS viscosa purpurea latifolia levigata. *Bauh.*  
*Pin. 205.*

O b s. Corolla in hac specie peculiariter pedunculo  
sustinetur, & perianthium oritur a basi pe-  
dunculi corollæ, & usque ad petalorum lim-  
bum

( XXXVII )

bum pervenit. Unde calyx unguis petalorum, cum integro corollæ pedunculo includit. Styli in hac specie quinque, Silenum cum Lychnide naturalem genericam analogiam ostendunt. *Tab. 4. Fig. 7.*

ORDO IV. PENTAGYNIA.

29. OXALIS. Linn. Gen. Pl. 582.

OBS. Ad basim germinis gerit puncta quinque mellifera, sive glandulas nectariferas quinque, in orbem dispositas, ex quibus gutta mellis manat horis matutinis; quemadmodum videntur quoque in *Stellaria*, & *Cerastio*.

30. FORSKOLEA. Linn. Mant. 72. Iacqu. hort.

t. 48.

FORSKOLEA (*tenacissima*).

Characteres a Cl. Murray adnotati in Reg. Veg.

1262. ita se habent. *Cal. 5. phyllus corolla*

*longior. Petala 10. spatulata. Pericarp. nullum.*

*Sem. 5. lana connexa.*

Cl. Scopoli in Intr. ad hist. nat. diligentius generis definitionem tradit num. 1128. nempe.

*Forskaelea. Cal. profunde quinquefidus. Petala*

C 3

8. 10.

( XXXVIII )

8. 10. *rudia*, *spatulata*, *erecta*, *marcescentia*,  
*unguiculata*. *Stamina* 8. 10. *Styli* 4. 5. (*Sc-*  
*mina* 4. 5.), *oblonga*, *utrinque attenuata*, *la-*  
*na intertexta*, *calyx recta*.

Linnæus in Mantissa l. c. quod habitum hæc  
habet: *Caulis bipedalis*, *paniculatus*, *teres*, *bis-*  
*pidus*, *ruber*: *ramis alternis*. *Folia alterna*, *pe-*  
*tiolata*, *ovata*, *lineata*, *ferrata serraturis* 5. f. 6.,  
*bispida*, *bispiditate superioris pagine bamata*.  
*Petioli teretes foliis breviores*. *Flores axillares*,  
*gemini*, *sessiles*, *hirti*, *decidui* *mature fructu*.  
*H. V.*

**O**s s. Nos qui neque Jacquinii neque Linnæi  
filii desciptionem, aut figuræ adhuc vidimus,  
quæ in florente Planta superiori æstate in hor-  
tulo privato observavimus, & describenda &  
delineanda esse, pro nostrorum Botanicorum  
commodo existimavimus.

Cal. profunde quinquefidus, laciniis lanceolato.  
linearibus, hirtis. Corolla. Petala plerumque  
decem, spatulata incurva, in ambitu ciliata,  
tomento densissimo ad basim involuta, sinu  
suo concavo *stamina contorta* *includentia*. *Sta-*  
*mina*.

mina. Filamenta decem contorta, & ante floriferentiam petalis inclusa. Anthera bilocularis, una cum filamento petali cavitate excepta. Filamenta elastice diffiliunt, & antheræ statim ruptæ farinam emitunt. Germen ovato-oblongum, lana cinctum. Stylus fere nullus; stigma lanuginosum. Semina ovato-acuminata, tomento clausa. Staminum elasticitas a filamentorum structura articulata, & spirali pendet, uti in Parietaria. Folia non quinque vel sex, sed octo aut decem serraturas habent; & adeo hispida sunt, ut si Musca alis, aut pedibus ipsis adhæret cursitando, difficulter inde extricari potest. Tab. 4. Fig. 5.

## CLASIS DECIMATERTIA.

## POLYANDRIA.

## ORDO I. MONOGYNIA.

31. CHELIDONIUM. Linn. Gen.

STAM. Filamenta plurima (triginta) plana sa-  
perne latiora, corolla breviora. Linn. l. c.

CHAR. ESSEN. Ex apice lato filamentorum, ori-  
tut aliud filamentum subtilissimum breve, cui  
anthera superimponitur. Eandem observationem  
habet Cl. Scopoli. Intr. p. 272. n. 1236. Sta-  
mina ad 30. filamentis facile caducis; basi at-  
tenuatis; antheris pedicellatis. Tab. 2. Fig. 10.

## ORDO III. TRIGYNIA.

32. DELPHINIUM. Linn. Gen. Pl. 681.

STAM. Filamenta plurima (quindecim vel tri-  
ginta), subulata, basi latiora, minima, versus  
petalum inclinata. Linn. l. c.

OBS. Staminum filaments excurrente membrana  
latiuscula, cujus extremitati adhaerent.

CLASIS

## CLASSIS DECIMAQUARTA.

## D I D Y N A M I A .

## O R D O I . G Y M N O S P E R M I A .

33. AJUGA. *Linn. Gen. Pl. 755.*

NECTARIUM. Glandula nectarifera rotunda, ad basim germinis, in latere interiori posita. Basis tubi corollæ, humorem nectarii includit, & clauditar villis tenuissimis. Glandulæ nectariferæ moles, extra germinis ambitum porrœcta, tubum corollæ in hoc loco gibbuna reddit.

O b s. In variis ejusdem generis speciebus essentiam generis in nectario collocandam observavimus.

*Ajuga reptans* Sp. Pl. n. 4. & *Ajuga Pyramidalis*, glandulam descriptam constanter gerunt; Tab. 2. Fig. 12.

34. CLINOPODIUM. *Linn. Gen. Pl.*

Clinopodium

( XLII )

**Chenopodium ( vulgare )** capitulis subrotundis,  
bracteis setaceis. Sp. Pl. 321. n. 1.

**O b s.** *Stigma simplex*, *acutum*, *compressum*.  
Linn. l. c. *Stigma non simplex* observatur,  
sed bifidum, denticulis duobus, altero superio-  
re minore, tenui, inferiore longiore plerun-  
que reflexo. *Stigma etiam solet esse sca-*  
*brum, & crassum.* Tab. 2. Fig. 13.

35. **O CYMUM.** Linn. Gen. Pl. 732.

**O b s.** Appendiculæ filamentorum longiorum cras-  
siores, apice subrotundo villoso donantur.

**NECTARIUM.** Foveolæ binæ rotundæ, ad exor-  
tum filamentorum longiorum, dum tubus  
ampliatur, positæ: Foveolæ guttulam humoris  
mellei continent. Nectaria hæc externe etiam  
apparent, quoniam extra tubi latera eminent,  
& quoniam ipsius tubi membrana, inibi ad-  
modum tenuis ac pellucida est.

**ORDO II. ANGIOSPERMIA.**

36. **SCROPHULARIA,** Linn. Gen. Pl. 756.

**NECTARIUM.** Foveolæ duo ad basim labii su-  
perioris, gutta mellis replete, uti in Ocymo.  
Port

Pori duo melliferi ad basim germinis.

O B S . In nonnullis Scrophulariæ speciebus staminum filamenta , ante florescentiam , intra corollæ sinus complicata , evolvuntur , expanduntur , & stigmati appropinquantur , quemadmodum instante fecundatione in alijs Plantis evenire observavit Linnaeus . Tab . 2. Fig. 14.

37. BIGNONIA . Linn. Gen. Pl. 759.

S T A M . Filamenta quatuor subulata ; corolla breviora , quorum duo reliquis longiora . Antheræ reflexæ oblongæ , velut duplicatae . Linn. l. c. addidit deinde observationem , in qua scribit : Catalpa staminibus tantum duobus perfectis gaudet , & tribus rudimentis staminum minimis , cum calyce pentaphyllo . Linn. l. c. In hac vero specie quæ quotannis in hortulo nostro floraret , flores semper gaudent staminibus quatuor perfectis , quibus adjungitur rudimentum filamenti quinti . Aliquando etiam observavi stamina quinque perfectissima , in eadem specie . Bignonia ( radicans ) foliis pinnatis , foliolis incisis , caule geniculis radicatis Sp. Pl. 871. num. 13.

Sta-

( XLIV )

Stamina adfunt quatuor perfecta, atque inter superiora stamna reperitur rudimentum filamenti quinti.

38. MELIANTHUS. *Linn. Gen. Pl. 759.*

Melianthus (*major*) stipulis solitariis petiolo adnatis. *Linn. Sp. Pl. 392. n. 1.*

CHAR. ESSENT. Filamenta bina breviora, a basi, usque ad tertiam partem altitudinis, membrana tenui, in medio, nervo crassiusculo insignita, connectuntur; membrana connectens definit in apicem acutiusculum. Num nervus intermedius, pro rudimento quinti staminis considerari debet? *Tab. 2. Fig. 15.*



CLASS

( XLV )

*CLASSIS DECIMASEXTA.*

M O N A D E L P H I A.

O R D O V. POLYANDRIA.

39. *HIBISCUS*. Linn. Gen. Pl. 846.

*HIBISCUS* (*Trionum*) foliis tripartitis incisis, calycibus inflatis. Sp. Pl. 981. n. 25.

OBS. Columnæ staminiferæ adhærent corpora oblongo-cylindracea, pellucida, in extremitate utplurimum inflata. Corpora hæc glandulosa, staminibus abundanter interspersa, essentialem specificum characterem præbent. Tab.

4. Fig. 4.

CLAS-

( XLVI )

CLASSIS DECIMASEPTIMA.

D I A D E L P H I A.

ORDO I. HEXANDRIA.

40. FUMARIA. *Linn. Gen. Pl.* 849.

NECTARIUM. Appendix oblonga, obtusa, ad basim carinata, quæ cum staminis superioris basi conjungitur, parva, versus inferiora revolvitur, & includitur in basi labii superioris, quæ nectarii vices gerit. Sed revera corniculum hoc carinatum semper melle repletum est, ac substantia componitur glandulosa subviriidi; idcirco crederem appendicem hanc proprie nectarii officinam constituere.

ORDO II. DECANDRIA.

41. SPARTIUM. *Linn. Gen. Pl.* 858.

Spartium (*juncuum*) ramis oppositis teretibus, apice floriferis, foliis lanceolatis. Sp. Pl. 995. n. 2.

OBS.

( XLVII )

O B S. Antheræ in hac specie basim gerunt barbatam ; utrinque enim ad basim , pili , seu barbulæ egrediuntur , veluti a centro ad circumferentiam . Hujusmodi barbulæ magis confortæ sunt ad basim staminum breviorum , quam longiorum . Tab. 3. Fig. 1.

Spartium (*scoparium*) foliis ternatis solitariisque ramis inermibus angulatis . Sp. Pl. 996. n. 8.

O B S. In hac specie antheræ nudæ observantur ; Differt tamen structura stylī a specie superiori ; nam non habet stylum superne villosum ; uti reliquæ Spartii species , & rari tantum villi in superiori stylī parte observantur ; stigma vero parvum incurvatum , definit in corpusculum subrotundum , minimum & quasi obtusum , rostro aviculæ simillimum . Tab. 3. F. 1. c ; d.

42. CYTISUS Linn. Gen. Pl. 877.

S T A M. Filamenta diadelpha ( simplex & novemfidum ) affurgentia . Anthere simplices Linn. l. c.

O B S. Antheræ in hac Cytisi specie ( fortasse & in reliquis ) quinque oblongæ , quinque vero subrotundæ sunt , quemadmodum in Lupino Linnæus , nos in hac planta , & in Crotalaria obser-

( XLVIII )

observavimus. Antheræ subrotundæ ante fæcundationem, inferiorem locum occupant; peracta tamen florescentia, elongantur filamenta, atque antheræ subrotundæ elevantur. *Tab. 3. Fig. 3.*

**43. CLITORIA (Ternatae) Linn. Sp. Pl. 1025. n. 2.**  
Neque Linnæus, neque alii aut vetustiores, uti Tournefortius, & Dillenius, aut recentiores, uti Murray, pulcherrimum hujus plantæ nectarium descripserunt.

**NECT.** Capsula nectarifera rotunda, germinis parti inferiori circumposita, margine mammilloso crasso inæquali clausa. Tuba staminum Nectario adhæret, & filamentorum bases, capsulae nectariferæ fere pellucidæ, parietibus con-nascuntur. Cavitas copioso melle repletur. Nectarium exsiccatur, & basi germinis tenaciter adhæret. Hujusmodi nectarium magnam cum nectario Mirabilis analogiam habet.

**OBS.** Flores bracteas habent binas rotundas, oppositas ad basim calycis positas.

Pedunculi geniculati parvam in geniculis stipulam lanceolatam gerunt. *Tab. 3. Fig. 2.*

**44. CORONILLA. Linn. Gen. Pl. 883.**

Coro-

( XLIX )

Coronilla ( *Emerus* ) *Ungues corollæ calycæ longiores*: *Linn. l. c.*

O B S . Carina in Coronilla Emoro unguem bipartitum habet . Laciniaæ lineares ; laminæ ungi huic bipartito adnexæ , connatae observantur , apice tantum per lineaæ longitudinem disjunctæ .

43. PSORALEA . *Linn. Gen. Pl. 894.*

Psoralea ( *bituminosa* ) foliis omnibus ternatis ; foliolis lanceolatis , petiolis laevibus , floribus capitatis . Suffruticosa Mur. 570. n. 6.

O B 'S . De Pistillo ita scribit Linnæus in Generibus l. c.

P I S T . Germen lineare . Stylus subulatus ascendens longitudine staminum . Stigma obtusum . Verum in hac specie observavi constantē in germine villos permultos , in parte superiori . Leguminæ Psoraleæ bituminosæ villis rigidis armata si manus volæ imposita , versus anteriora digito adiguntur , semper retrogada motu incedunt ; quemadmodum ob villorum pappi elasticam rigiditatem accidit in Centaurea Crupina , adnotante Cel. Linnæo . Tab. 3. Fig. 4.

D

CLASS.

( L )



## CLASSIS DECIMANONA.

S Y N G E N E S I A.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

### 46. MATRICARIA. Linn. Gen. Pl. 969.

Matricaria (*Partbenium*) foliis compositis planis,  
foliolis ovatis incisis, pedunculis ramosis  
Mur. 643. n. 1.

OBS. Flosculi omnes hermaphroditici & feminei,  
superne a medio scilicet tubi, usque ad limbi  
extremas partes, granulis pellucidis parvis  
undique adsperguntur. In feminis tantum su-  
perior tubi pars hujusmodi granulis scatet; sed  
in flosculis disci, tota superficies granulosa ap-  
paret. Pellucida haec corpuscula in flosculis  
immaturis numerosiora, absoluta florescentia  
partim decidunt. Si microscopio observantur,  
figuram subrotundam, inaequalem, & plerum-  
que uniformem ostendunt. Tab. 3. Fig. 5.

PO

## POLYGAMIA NECESSARIA.

**47. CALENDULA.** Linn. Gen. Pl. 984.

*Calendula ( officinalis ) seminibus cymbiformibus mucicatis incurvatis omnibus Sp. Pl. 1304. n. 3.*

**O B S.** Stigma florum hermaphroditorum non est bifidum.

## MONOGAMYA.

**48. SISVRINCHIUM.** Linn. Gen. Pl. 1017. Bermudiana Tournef. 208. Dill. Elth. 41. f. 48. 49.

**C L.** Linnæus hanc Plantam in Gynandria Trianaria collocavit: etenim l. c. in descriptione generica ait.

**C AL.** *Spatha universalis anceps, diphylla, valvulis compressis carinatis, acuminatis.*

**C OR.** *Petala sex oblonga, obovata cum acumine, erecto-patentia, plana.*

**S T A M.** *Filamenta tria brevissima e tunica stylis. Antheræ inferne bifidæ, stylo ad basim stigmatis affixæ.*

**P I S T.** *Germen obovatum. Stylus subulatus rectus corolla brevior. Stigma trifidum reflexum.*

( LII )

Ego contra observavi stamina non stylo sed peculiari & perforatæ vaginæ affixa. Stylus vero subulatus staminum vagina perforata, cum tribus stigmatibus reflexis extra vaginam ipsam eminet. Separari enim potest pistillum. *Tab.*  
4. *Fig. 6.*



CLAS.



*CLASSIS VIGESIMATERTIA.*

P O L Y G A M I A.

O R D O I. M O N O C I A.

49. PARIETARIA. *Linn. Gen. Pl.* 1152.

O B S. Staminum filamenta ante florescentiam cœnvoluta, instante fecundatione, tempore calido, elasticæ diffiliunt, & supra feminas magnam pollinis quantitatem dimittunt. Caussa instantaneæ & elasticæ evolutionis pendet a structura filamentorum, quæ tenuissima, & summo artificio intorta Spira componuntur. Antheræ biloculares sunt. Vide figuram nostram. Tab.  
3. Fig. 6.



D 3

A.P.

**B**revissimæ huic Dissertationi adhuc ignotam Sherardiæ speciem descriptione, atque accurata admódum figura illustratam, adiiciendam esse existimavi. Hæc inter Floræ Neapolitanæ innumera profecto ornamenta, per quindecim fere annos magni operis evulgationem expectans jacuit. Sed gravissimæ, quibus angor, Practicæ Medicinæ occupationes, dulcissimas quas Plantarum contemplationi dicaveram horas raperunt. Dùm igitur reliqua otii opportunitatem expectabunt, Sherardia hæc pro specimine tantum lucem videbit.

**SHERARDIA** (*fatidissima*) caulis lignosis procumbentibus, floribus quadrifidis corymbosis. Caules spithamei procumbentes, perennes, lignosi, cæspitosi.

Folia lineari-lanceolata, fasciculata, fere verticillata, subhirsuta, duobus semper in singulo verticillo, reliquis duplo longioribus.

Flores terminales, ut plurimum, octo purpurei.

Per. Calyx brevissimus 4. dentatus.

Cor.

**Cor.** monopetala. **Tubus** longissimus lăviter in-  
curuus. **Limbus** 4. partitus laciniis incurvis  
acuminatis.

**Stamina** quatuor corolla longiora.

**Pist.** Germen patrum subrotundum. Stylus sim-  
plex longitudine tubi. Stigma vix 2. fidum.  
**Semina** bina oblonga, apice tribus, vel quatuor,  
acuminibus, sc. denticulis notata, hinc con-  
vexa, inde plana.

Fruētificatio magna ex parte convenit cum  
fructificatione Asperulæ, sed structura semi-  
num, plantam nostram ad Sherardiam pertine-  
re ostendit. Semina a nobis antea non ob-  
servata, nuperrime accepimus ab amicissimo  
Francisco Philomena.

Tota planta fætidissimum, & oranino stercora-  
ceum spirat odorem.

Habitat circa Trebisaciam in glareosis exsiccatorum  
Torrentium alveis. Reperitur etiam circa Mor-  
mannum in Calabria. *Philomena. Tab. 3. Fig. 7.*

Fortasse de nostra Planta loquitur Jo: Rajus.  
Dum Plantulam describit Ocyti foliis, Vale-  
rianæ flore, in Calabria collectam.

Aliarum plantarum circa Neapolim nascentium  
 accuratam descriptionem, & illustrationem, in  
 hoc etiam Commentario tradidisse, si figuræ  
 admodum necessariæ absolute fuissent. Habe-  
 mus inter cætera Centauream procumbentem  
 maritimam littoris Neapolitani, & Cumani.  
**Ranunculus aquaticus cotyledonis folio Col.**  
 Non est species Ranunculi, sed pertinet ad Hy-  
 drocotylem Linnæi, novamque constituit hujus  
 generis speciem. Figura elegantissima Columnæ  
 in Ecphrasi, fructificationem etiam habet, quæ  
 omnino cum Hydrocotyle convenit. Mitto  
 reliqua, quæ Floram nostram ad instar gemmæ  
 fulgidissimam reddunt. Hæc enim aliorum  
 industria illustrari poterunt.

T A.

## TABULARUM EXPLICATIO.

## T A B U L A I.

*Fig. 1. ROSMARINUS. Linn. Gen. Pl. 38.*

- a Corolla integra.
- b Corollæ lateralis positio, in qua staminum antheræ conjunctæ apparent.
- c Perianthium.
- d, d Filamenta staminum, quæ ex unico puncto prodeunt, incurvantur deinde, & per antheras e e arctissime conjunguntur.
- f Antheræ post fœcundationem separatæ.

*Fig. 2. VERONICA Linn. Gen. Pl. 25.*

- a Perianthium 4-partitum.
- b Corolla cujus quarta lacinia reliquis semper minor.
- c Stamina cum pistillo.
- d Pistillum microscopicio adauctum.

*Fig. 3. VERBENA Linn. Gen. Pl. 32.*

a Bras.

( LVIII )

- a* Bractea ovato-lanceolata calyci *b* subiecta.
- c* Bracteola separata.
- d* Calyx apertus cum denticulo medio, &  
minimo.

*Fig. 4. Ixia Linn. Gen. Pl. 56.*

I. *Bulbocodium*.

- a b* Flores perfecti.
- c* Flos adhuc clausus.
- d* Stamina tria.
- e* Stigmata tria 2-partita laciniis revolutis.

*Fig. 5. Dipsacus Linn. Gen. Pl. 114.*

- a* Stylus cum stigmate naturalis magnitudinis.
- b* Corpus spongiosum, sive glandulosum stigmati longitudinaliter affixum, & microscopio adundum.

*Fig. 6. Plantago Linn. Gen. Pl. 142.*

- a a* Bractez parvæ ovato-lanceolatæ.
- b* Flos completus, staminibus squama in extremitate auctis.
- c* Anthera microscopia aucta, cum squama in extremitate bifida.
- d* Germen cum style.
- e* Se

( LIX )

e Semen.

g Corolla.

*Fig. 7. SYMPHYTUM Linn. Gen. Pl. 185.*

a Corollæ pars dissecta cum staminibus  
quinque.

b Radii quinque subulati, fauacem corollæ  
claudentes.

c Radius microscopio adaugitus, unde dentes  
quibus cum aliis connectitur, apparent.

*Fig. 8. CERINTHE Linn. Gen. Pl. 186.*

a Floris calyx.

b Corolla integra.

c Corollæ pars cum staminibus quinque.

d Cirri quibus antheræ firmiter inter se  
connectuntur.

e Germen cum stylo.

*Fig. 9. BORAGO Linn. Gen. Pl.*

a Corollæ lacinia a reliquis sejuncta.

b Corpusculum spongiosum emarginatum, sin-  
gulis staminibus subjectum.

c Fulcrum quo stamen sustinetur.

d Anthera fulcri basi affixa.

e Fi-

( LX )

e Filamentum ad basim fulcri cui anthera insidet.

**Fig. 10. LONICERA Linn. Gen. Pl. 233.**

a Floris corolla integra.

b Tubus cum staminibus & pistillo.

c Pistillum.

d. Tubi pars cum punctis nectariferis versus basim copiosis.

e Bacca integra.

f Bacca aperta.



A

## T A B U L A . II.

*Fig. 1. VERBASCUM Thapsus. Sp. Pl. 183. n. 1.*

- a* Calyx quinquepartitus lanuginosus.
- bb* Bracteæ lanceolatæ concavæ.
- cc* Corolla inæqualis, lacinia d longiore & profundius dissecta.
- ee* Stamina quinque a corolla separata.
- ff* Stamina duo longiora, filamentis nudis.
- gg* Filamenta tria superne lanuginosa.
- b* Pistillum.

*Fig. 2. ATROPA Mandragora. Sp. Pl. 259.*

- aa* Glandulæ duo nectariferæ, ad basim germinis positæ.
- b* Sylus.
- c* Stigma.

*Fig. 3. LINUM. Linn. Gen. Pl. 153.*

Filamenta quinque basi membranacea conmuni *a*, *a*, inter se connexa.

*Fig. 4. SCILLA Maritima. Sp. Pl. 442. n. 1.*

- a* Corolla integrâ cum staminibus & pistillo.
- b* Sta-

( LXII )

*b* Stamina tria tantum, quo germen cum nectarario observari possit.

Germen cum sulco c nectarifero.

*d* Tuberculum in sulci nectariferi apice collocatum, & a sulco ipso divisum.

*e* Gutta rotunda mellei liquoris quæ semper sulci basim occupat.

**Fig. 5. CHLORA perfoliata. Sp. Pl. 1671.**

*a* Germen oblongum.

*b* Stylus erectus simplex.

*c* Stigmata duo ovata, bipartita.

*dd* Stigmata microscopio aucta.

**Fig. 6. ERICA vulgaris. Mur. 301.**

*a* Corollarum naturalis dispositio.

*b* Corolla a reliquis sejuncta, cum duplice calyce.

*c* Anthera aristata naturalis magnitudinis.

*d* Pistillum cum glandularum nectariferarum vestigiis.

*ee* Calyx separatus.

*ff* Glandulæ duo ad germinis basim positæ.

*g* Parva glandula nectarifera ad basim filamenti collocata.

**Fig. 7.**

(LXIII.)

**Fig. 7. POLYGONUM Orientale.** *Mur. 312. n. 12.*

*a a* Glandulæ 2 ex septem,

*b* Stamen unicum.

**Fig. 8. LAURUS nobilis.** *Mur. 317. n. 5.*

*a* Stamen.

*b b* Valuulæ antherarum lanceolatæ, que in-  
stante fecundatione diffiliunt.

**Fig. 9. STELLARIA.** *Gen. Pl. 568.*

*a* Flos.

*b* Calyx.

*c* Petalum bipartitum.

*d* Stamina decem cum pistillo.

*e* Pistillum.

*f* Glandula nectarifera.

**Fig. 10. CHELIDONIUM.** *Gen. Pl. 647.*

*a* Flos completus.

*b* Calyx.

*c* Petalum.

*d* Stamina cum pistillo.

*e* Stamen unicum a reliquis separtitum.

*f* Filamentum interius microscopio auctum.

*g* Filamentum alterum tenuis, priori imposi-  
tum, & connexum.

*b* An-

( LXIV )

*b* Anthera.

*c* Pistillum.

*ii* Legumina seminibus repleta.

*m* Semina.

*Fig. 11. DELPHINIUM. Gen. Pl. 681.*

*a* Membrana subovata, quæ filamentum su-  
stinet,

*b* Filamentum cum anthera.

*Fig. 12. AJUGA. Gen. Pl. 705.*

*a* Flos integer.

*b* Pistillum.

*c* Glandula nectarifera ad basim germinis  
posita.

*Fig. 13. CLINOPODIUM.*

*aa* Stigma 2. fidum.

*Fig. 14. SCROPHULARIA. Gen. Pl. 756.*

*a* Calyx.

*b* Corolla.

*c* Corolla aperta cum staminibus & pistillo,  
& cum poris melliferis pistilli basim  
occupantibus.

*d* Pistillum cum guttulis melleis ad basim  
positis.

*e* Pi-

(LXV.)

e Pistillum ante fecundationem.

f Sectio horizontalis receptaculi.

Fig. 15. MELIANTHUS. Gen. Pl. 795.

a a Stamina ad basim inter se connexa.

b Stamina cum petalis augustinoribus.

c Flos integer.

d e Petala separatim delineata. In eadem figura adebet reliquarum partium fructificationis  
adumbratio.



B

T A.

## T A B U L A III.

*Fig. 1. a ANTHERÆ staminum ad basim barbatæ  
in Spartio junceo.*

*b Anthera barbulis ornata, microscopicœ  
aucta.*

*c Spartium Scoparium. Linn. Sp. Pl. 996. n. 8.  
Stylus laevis. Stigma incurvum, cor-  
pusculo terminatum.*

*d Stigma cum corpusculo rotundo, micro-  
scopicœ auctum.*

*Fig. 2. CLITORIA Ternata Linn. Sp. Pl. 1025. n. 1.*

*a Bractæ florales nectarii basim involuentes.*

*b Calyx.*

*cc Corollæ vexillum maximum revolutum.*

*d Calyx a corolla sejunctus, quinquefidus.*

*ee Bractæ rotundæ a nectario parumper  
remotæ.*

*f Nectarium capsula globosa compositum, cui  
staminum cylindrus adhæret.*

*g Stamina in parte superiori separata.  
ii Nect.*

( LXVII )

*ii Nectarii cavitas aperta cum pistillo b b*  
*cujus germen nectario cingitur: adest in*  
*cavitate nectarii fimbria membranosa,*  
*quæ partem superiorem receptaculi mel-*  
*lei claudit.*

*Fig. 3. CYTISUS nigricans. Linn. Sp. Pl. 1041. n. 2.*

*a Flos perfectus.*

*b Stamina decem quorum quinque superio-*  
*ra antheras habent longiores, quinque*  
*inferiora, rotundas.*

*c Anthera superior oblonga microscopio*  
*aucta.*

*d Anthera inferior rotunda.*

*Fig. 4. PSORALEA bituminosa. Lin. Sp. Pl. 1075. n. 6.*

*a Bractea tridentata, dentibus ovato-lan-*  
*ceolatis, arista terminatis.*

*b Perianthium a flore sejunctum.*

*c Corolla.*

*d Vexillum cum corpusculis glandulosis ad*  
*exortum laminæ collocatis.*

*e e Unguis vexilli cum descriptis corpusculis.*

*f Carina.*

*g Alæ.*

( LXVIII )

*b* Stamina.

*i* Stamen decimum a reliquis & omnino se-junctum.

*m* Pistillum cum germine hirto.

*i* Legumen parvum pilis rigidis & elasticis undique cinctum.

*Fig. 5.* NUMERUM huic figuræ apponere neglexit Sculptor, ac mihi etiam sculptoris negligentia excidit.

Matricaria *Partbenium*. Linn. Sp. Pl. 1492. n. 1.

*a* Flosculus microscopio auctus.

*b b* Corpora subrotunda pellucida tubo flosculi affixa.

*c c* Corpora hæc valde aucta.

*Fig. 6.* PARIETARIA *Officinalis*. Linn.

*a a* Involucrum dimidiatum sexpartitum.

*b* Involucrum apertum.

*c d* Flos femineus.

*f* Semen.

*g* Capsula seminum.

*b* Flos hermaphroditus apertus, cum staminibus quatuor, perianthio aperto longioribus.

*k* Ca-

( LXXIX. )

*a* Calyx floris feminini .  
*b*, *c* Stamina microscopicio sufficiunt ad ostendendam filamentorum structuram spiralem.

*Fig. 7. Sphaeralcea fimbriata.*

- a* Ramulus Plantae cum floribus in extremitate.
- b* Floris perianthium parvum, rotundatum.
- c* Corolla aperta, cum staminibus quatuor tubo affixis.
- d* Pistillum.

*Fig. 8. CHARACTERES Geranii Europaei, a me primum delineatis, &c ad naturam delineatos appositi, quamvis a Linnæo describantur. In observationibus enim de Geranio Cicutario, & Columbino ait; Petalis glandula interstinctis. Gen. Pl. 832.*

*Geranium pœnum. Sp. Pl. Sp. Pl. 953. n. 37.*

- a* Flos naturalis magnitudinis.
- b* Petalum unicum, cuius unguis undique lanuginosus est.
- c* Calyx.
- d* Calycis foliolum sejunctum.
- e* Sem.

(LXX)!

e Sectio transversa germinis ; eis adherent  
glandulae quinque nectariferae inter pe-  
tala collocatae.

f Glandula unica cum mellis gutta in apice.  
Stamina - b stamen. unicum cum filamen-  
to ad basim latissimo.

g Germen.



TAC

## T A B U L A IV.

*Fig. 1. CANNA Indica . Linn. Sp. Pl. pag. I. n. 1.*

- a Floris pars.
- c Nectarii lacinia simplex.
- b Nectarii lacinia , cui post perfectam florescentiam adnexitur anthera .
- d Perianthium .
- f Laciniae quibus stamen post florescentiam adglutinatur .
- e Anthera oblonga cum satis longo filamento , a petalis & nectario sejuncta .
- g, b, i Bracteæ tres flori circumpositæ ; harum tertia , b , reliquis triplo fere major , ovata .
- l Perianthium .
- m Bracteæ a perianthio separatae .
- n Altera staminis perfecti delineatio , cum filamento & anthera .

*Fig. 2. CUPHEA viscosissima .*

- s Flos magnitudine naturali .
- b Flos

( LXXII )

- b Flos apertus , cum petalis sex , margini  
canaliculato calycis affixis ; horum duo  
reliquis majora .
- c Stamina incurva , cum filamentis hirtis .
- d Stamen unicum microscopio augeum .
- e Pistillum , cuius pars inferior gerit cor-  
pusculum , subrotundum .
- f Flos microscopio auctus .
- g Pericarpium naturae liter a receptaculo acu-  
minato disruptum , semina emissens .
- h Receptaculum extra pericarpium porrectum ,  
post seminum emissionem .
- i Setica separatum .
- j Canaliculi colorati , calycis longitudinem  
perceptantes .
- m Canalis transversus calycis marginem cin-  
gens , cui petala adhaerens ,

Fig. 3. BORAGO Indica. Linn. Sp. Pl. 297. n. 2.

- a Anthera naturae magnitudine .
- b Anthera cum foveolis farinosa secundan-  
tem fundentibus .
- c Perianthium .
- d Corolla .
- e Pi-

( LXXIII )

e Pistillum.

Fig. 4. HIBISCUS Trionum. Linn. Sp. Pl. 981. n. 25.

a Stamina in unum corpus collecta.

b Corpuscula oblonga & pellucida, stamini-  
bus interspersa.

Fig. 5. FORSKOHLIA tenacissima. Lin. Mant. 72.

a Calyx pentaphyllus hispidus.

b Foliolum calycis separatum.

c Flos integer, una cum corolla & stami-  
nibus.

d Petalum separatum hispidum, lata invo-  
lutum.

e Stamen ante explicationem, petalo rectum.

f Stamen cum petalo, microscopio rectum.

g Stamen explicatum, in quo apparet stru-  
ctura spiralis filamenti, unde filamen-  
torum elasticitas penderet: in,

h & m idem observatur.

i Pistillum unicum lata cinctum.

l Semen unicum tenacissimo vomento ob-  
ductum.

n. Folium tenacissimum.

Fig. 6.

( LXXIV. )

*Fig. 6. SISYRINCHIUM Bermudiana. Lin. Gen. Pl.*  
1017.

a Flos naturalis magnitudinis.

b Pistillum cum staminibus microscopio au-  
ctum, uti reliquæ partes fructificationis,  
quæ in hac figura repræsentantur.

c Tuba staminum a germine separata.

d Anthera.

e Tuba staminum dissecta.

f Germen.

g Staminis tubæ laceræ in extremitate af-  
fixa.

h Pistillum liberum, extra tubam prominens.

i Pistillum dissectum magis microscopio  
auctum.

j Stigma trifidum reflexum.

m Tuba staminum aperta.

n Stylus pistilli tubam perforans.

*Fig. 7. SILENE Armeria. Linn. Sp. Pl. 601. n. 29.*

a Flos integer.

b Flos dissectus.


c Perianthium apertum.

d Pe-

( LXXV )

- d* Pedunculus perianthio inclusus & corollam sustinens.
- e* Reliquæ corollæ partes.
- f* Petalum separatum.
- g* Idem flos dissectus, cum stylis pistillæ quinque, non tribus.

F I N I S,



**E R R A T A .      C O R R I G E .**

Pag. XXXIV num. 25. — num. 26.

— pag. XLXIX. — pag. XLIX.

— *Ib.* num. 43. — num. 45.































BIBLIOTECA

UNIV